

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Excusacio g  
cum fonte primo

Non enim ut aduersariis sed ut amicis scripsimus,  
nec inuecti sumus in eos qui peccant, sed ne peccent monemus.  
Neque in illis tantum sed in nosmetipsos seueri iudices fuimus.

Nullum lesi, nullius nomen de mea scriptura uel sermone signatum est,  
neminem sermo noster specialiter pulsauit;  
generalis de uiciis disputatio fuit,  
sed qui michi irasci uoluerit, plus ipse de se quod talis sit confitetur.

Ieronymus in epistola ad Nepocianum.

quos obsecro, quiescant et desinant maledicere;  
non enim ut aduersarii, sed ut amici scripsimus,  
nec inuecti sumus in eos, qui peccant, sed, ne peccent, monuimus.  
neque in illos tantum, sed et in nos ipsos seueri iudices fuimus.  
uolentesque festucam de oculo alterius tollere  
nostram prius trabem eiecimus.  
nullum laesi, nullus saltim descriptione signatus est,  
neminem specialiter meus sermo pulsauit:  
generalis de uitiis disputatio est.  
qui mihi irasci uoluerit, prius ipse de se, quod talis sit, confitetur.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 52.17.2  
(CSEL 54, I. Hilberg ed., pp.440-1, ll.13-16, 1-5).